

impuritatē cordis **V**t autē de pre-
missis duobus modis habeas unde te
possis ad hanc cōpunctionem facilius
inflāmare. sequitur mod⁹ quo possis
formare et erigere meditacōes tuas
de celesti beatitudine .

TGenerālis modus formandi medi-
tacōnes de regno celoz ad habendaz
cōpunctōnem et desiderium ad ipsum
obtinendum. Ca. xxiii.

Poteris autē de celesti illa p̄ria
similitudines sensibiles assumē a
sanctis p̄ nostra capacitate adinuen-
tas . Est igiē ciuitas illa gloriosissima
amplitudine et capacitate p̄maxima
ex auro mundissimo . gemmis q̄ p̄cio-
sissimis mirabiliter cōstructa . singule
eius porte sūt ex singulis margaritis
Est item campus speciosissim⁹ omnū
florum pulchritudine decorat⁹ **I**bi sp̄
est estas amēnissima **I**bi odorū suauū

tas fragrantissima et omnium delectabilium copia Cogita et totis viribus te ipsum totum ad cogitandum recollige ut videas quantum sit gaudium deum per essentiam intueri summam et indivisibilem trinitatem mundo cordis oculo inspicere in qua relucet omnis pulchritudinis omnis dulcedinis omnisque bonitatis exemplar essentiale in qua visione omnia videbis omnia que velis scies. ex ea visione omni bonitate omni gaudio et leticia repleberis. In ea beatus eris et beatissima beatitudine quam deus est perfruearis. Cogita quantum sit gaudium domino ihesu semper assistere et eius sanctissimam et gloriosissimam humanitatem semper aspicere. cum petrus videns eum transfiguratum optabat sic semper permanere. Quam magnum est gaudium videre illum in regno suo sublimem et gloriosum qui pro

nobis in hoc exilio quondam pauper
reuerat exul pariter et peregrinus .
Cogita quantum sit gaudium interesse
societati celestis curie quanta leticia
reginam celi matrem dei cum ceteris
virginibus intueri . quanta leticia et
exultatio interesse agminibus angelo
rum . letari cum patriarchis et pph
tis apostolis martiribus et confessoribus
|| Cogita de dotibus corporis tui qui
bus ipsum corpus beatificabitur vide
licet de eius immortalitate impassibi
litate summa agilitate et gloriosissima
speciositate . **C**ogita de dotibus anime
quibus ipsa anima implebitur iam be
ata que sunt plenitudo science quan
tum ad vim rationalem . repletio iusti
tie quantum ad vim concupiscibilem su
perfluencia leticie quantum ad vim
irascibilem . **C**ogita ex hys dotibus
principalibus quam multa alia magna

bona et ineffabilia consequeris vides
licet securitatem vt iam non timeas
eic . non timeas a carne sathana vel
mundo vna . **I**tem libertatem ad fa
ciendum quodcumq; volueris . **I**tem
voluptatem mundissimam et iocundis
simam in corpore et in anima . **I**tem
amicitiam amorem honorem cōcordi
am et perfectissimam caritatem . **E**t
breuiter omnia colligendo habebis
quicquid volueris et quicquid nolueris
non habebis .

Qualiter homo ex memoria bene
ficorum dei inflammetur ad deuocō
nem et accendatur ad cōpunctionem

// Capl. xxv.

Utrum vt maiorem habeas frou
ciam sperandi et futurā gloriā
optinendi debes nō nunq̄ signa dilec
tionis q̄ tibi dñs tu^s exhibuit studiose